325

323

329

319

334

314

374

274

424

224

congavisi sumus nostro redemtori, et dulces laetitiae lacrymas cum alacri cantu reddidimus. Et merito. Nam Salvator noster Jesus, post fletus et tristitias, post illusiones et verbera, post aceti et fellis pocula, post supplicia crucis et vulnera, post ipsam terribilem mortem, post lamentabilem sepulturam, post infernorum et aeternalium tenebrarum penetrationem, post ferreorum vectium effractionem, post principis tenebrarum ligationem, et omnium electorum patrum absolutionem, ex hoc quem cernimus tumulo gloriosus triumphator surrexit, ex hac caverna tenebrosa tantum lumen emicuit, tantus splendor illuxit, tantus candor resplenduit, tanta serenitas radiavit, tanta jocunditas prodiit, tanta salus spiravit, ut exultent simul terra, pontus et aether. In hoc namque sepulchro et exiguo tugurio renovata est juventus aquilae, leo catulum suscitavit, phoenix revixit, Jonas de ventre ceti illaesus exivit, vestitum est candelabrum auro, tabernaculum David, quod cecidit, suscitatum est, refulsit sol, qui prius erat in nubilo, vivificatum est granum frumenti, quod in terram cadens mortuum fuerat, cervus resumsit cornua, Samson tulit portas et evasit per custodias, Joseph eductus de carcere tonditur et decoratur et dominus Aegypti constituitur. Saccus Christi Jesu conciditur, et laetitia circumdatur, et cum his omnibus hic nostra laboriosa peregrinatio et taediosa evagatio finitur et quietatur. Deponamus ergo obsecro in hoc loco piissimas tristitiae querelas, ac nubila moeroris, (**119 A**) et in laetitia respiremus serenum, et qui funera redemtoris nostri prosecuti sumus cum dolore, nunc de ipsius resurrectionis gloria jocundemur. Venite ergo ac simul conglobemini milites et peregrini humani, sepulchrum sanctissimum ingredimini et videte, manibus tangite, ore contingite locum, ubi positus erat Dominus. Itaque cum laetitia ingressi sumus unus post alium in dulcissimum Domini Jesu sepulchrum, et loculum sanctissimum devotissime deosculati sumus, et indulgentias plenissimae (††) remissionis omnium peccatorum accepimus. Singularissimo enim gaudio affecti fuimus, plus quam in caeteris locis. Unde Bernhardus in sermone ad milites templi C. II. dicit, quod inter sancta et desiderabilia loca sepulchrum tenet quodammodo principatum, et devotionis plus nescio quid sentitur, ubi

Ende

Anfang

© Stadtbibliothek Ulm, 2010. Signatur: 16 739-2;